



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

48. An debitor in extrema necessitate teneatur restituere, si creditor sit
etiam in extrema necessitate? Et quid, si patres, consanguinei, & amici
debitoris in extrema necessitate sint constituti? Et ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

mam necessitatem inciderint? Sotus ait etiam probabile esse, posse debitorem sibi, vel vxori succurrere, poteritio creditore. Sed verius creditu est creditorum tunc esse præferendum, ex quo etiam intelligitur cum esse anteponendum fratri debitoris vna cum creditore extremum vita periculum adeunti, quod etiam Sotus concedit.

2. Sed ego contrariam sententiam teneo. Dico igitur debitorum debere prius subvenire patri, & mari extremitate laboranti, quam creditori, inde idem potest facere, & debet cum uxore & liberis: addet enim & cum fratre, quia non teneat res in tali casu abdicare cum detrimento vita meorum, & ita docet Sylvestris in 2.2. qnaq. 3. art. 3. Hurtadus de Mendoza in 2.2. disf. 159. sect. 3. §. 69. & Lessius lib. cap. 16. dub. 1. numero 14. Toletus lib. 5. cap. 24. cum Castro Palao tom. 1. tractat. 6. disf. 2. punct. 11. num. 4. quamvis Vazquez opuscul. de eleemos. cap. 1. dub. 6. num. 74. negat quodam fratrem, cui creditorem patet esse præferendum, sed nostra sententia est probabilis.

RESOL. XLVII.

An quando debitor, & creditor sunt in extrema necessitate, debitor teneatur solvere creditori, quod debet?

Idem est dicendum de deposito, & mutuo?

Et notatur, quod cum quis ex extrema necessitate pressus abfutu rem alienam Dominu, in extreman quoque necessitatem redacto, eam debere Domino restituere. Ex p. 11. 8. Ref. 11.

§. 1. Prima sententia affirmat. Ita Scotus in 4. diſt. 15. quaſt. 2. art. 4. Richardus art. 5. q. 4. Gabriel q. 2. art. 2. conclus. 2. Medina de refit. quaſt. 3. in caſu 4. ad 4. Angelus ver. restitutio. num. 3. Rofella eodem ver. n. 1. Sylvestris eodem ver. 5. quaſt. 2. Armilla num. 27. & alij. quia melior est eius conditio, nam res illa sua est, & in his, quæ propria sunt, plor. iuriſ habet Dominus, quām alter, penes quem res inueniunt, & necessitas æqualis est, in qua cūm omnia ſint communia, ille præferendum est, qui præoccupavit, præcupasse autem videtur, qui verus est Dominus: ergo, &c.

2. Secunda sententia negat. Ita Palud. in 4. diſt. 15. quaſt. 2. art. 4. conclus. 1. Sotus de Iust. lib. 4. quaſt. 7. art. 1. ad 4. Catecan. in 2.2. quaſt. 62. art. 5. ad 4. Lessius lib. 2. 1. 6. dub. 1. m. 3. Vazquez opuscul. de eleemos. cap. 1. n. 72. Hurtadus in 2.2. diſt. 82. dub. 9. Hurtad. in 2.2. diſt. 159. f. 3. §. 69. & alij.

3. Tertia opinio distinguit, & ita ait Lorca in 2.2. f. 3. diſt. 3. d. n. 1. aut res quæ restituiri debet, manet in specie, in quo caſu dominium eius ſemper est prioris domini, & non eius, qui derinet, & in hoc caſu verius apparet restituendam eſſe creditori propter fundamen tum prioris sententiae, nam violenter est apud alium, & in vero dominio ſemper perfeuerat ius præcupacionis, & idem cenſendum eſt de deposito & mutuo; aut res non perfeuerat in specie, ſed confusa eſt cum bonis debitoris, ut contingit in vſuris, & aliis caſibus, in quibus dominium eſt penes debitorem, & non penes creditorem, quamvis cum debito & obligatione restituendi, & tunc ſi extreme indigeat debitor, porreſt ſibi ipſi ſuccurrere, quoniam creditori non ſuffragatur præoccupatio, & ab obligatione restituendi excusat debitor propter urgentem necessitatem, quia ex bonis, quia habet, ponit ſibi, quam creditori ſubvenire tenetur.

4. Quid ego ſentiam dicam breuiter, omnes istae tres ſententiae ſunt probabiles, ſecunda cum Azorio tomo 2. lib. 12. cap. 8. quaſt. 6. mihi videtur probabi-

Tom. I V.

lior, quia in extrema necessitate potiores patres ſunt debitoris, quam creditoris, tum quia poſſider, & major eſt conditionis poſſidentis, tum quia in tali necessitate omnia ſunt quoad vſum ſpectat, communia, &c. obflat quod ea res fuerat à creditori accepta, ac proinde illi altoqui debita, nam debebatur quodam, ſed extrema adueniente necessitate facta eſt vbi communis; ergo potest debitor ea vbi ad tuendam vitam ſuam.

5. Notandum eſt rāmen, quod cum qui extrema necessitate preſſos abſulerit rem alienam domino in extreman quoque inopian redacto, meo iudicio tunc ſententia Scotti videtur vera, cum debere domino reſtituere, quia ſicq; fuſt eſt in auſterendo, ſic etiam fuſt eſt in retinendo, eſt enim violentus non legitimus rei poſſessor. Ita Azotius, Lorca, & alij.

RESOL. XLVIII.

An debitor in extrema necessitate teneatur reſtituere, ſi creditor ſit etiam in extrema necessitate?

Et quid, ſi Parvus, consanguinei, & amici debitoris in extrema necessitate ſint conſtituti?

Et notatur ob grauen necessitatem debitoris poſſe diſſerri reſtituionem, quamdiu neceſſitas dura. Ex par. 11. t. 2. & Mife. 2. Ref. 32.

§. 1. **H**anc resolutionem coactus sum componere. Sup. hoc in Ref. præterita, & in alio §. ciuiſ not. Hoc occatione cuiusdam Scottiæ, qui ſuis diebus ſequens ſuum Magistrum. Scotum in 4. diſt. 15. qu. 2. mordicus in caſu occurrenti affirmatiuam ſententiā tuebatur, quam ex Thomiſtis luſtinet eiam Sylvestris. ver. ref. 5. q. 2. Richardus in 2.2. diſt. 1. art. 5. q. 4. ad 5. Gabriel q. 2. art. 2. conclus. 2. & nouissimè Philippus Faber in 4. diſt. 15. q. 2. diſp. 50. cap. 3. m. 227. omnino vi- dendum. Ratio eſt: nam ille non poſſider iuſtē aliquam rem, cuius dominium ſemper fuſt, & manet apud alterum, ſed ſic eſt quod dominium plenum rei alienæ in caſu noſtro ſemper fuſt & manet apud dominum, à quo inuitio res eſt ablatâ, neque per vſum inſtant illud ab ſe abdicauit, nec abdicat: ergo detinens, ſemper & pro quo cumque inſtant illam rem iniuſtē detinet: ergo ſemper & in quo cumque inſtant tene- tur ad reſtituionem, etiam in illo inſtant vltimo, quo illam conſumit pro vita ſua conſeruanda. Maior eſt euidentis: quia eiudem rei ſimil & ſemel non poſſunt eſſe duo domini totales & abſoluti Dominus eiudem panis, & ſimil & ſemel Mævius, quia implicat contradictionem. Minor autem probatur: quia creditor antequam deueniat ad extreman necessitatem iam habebat iuſtum dominium ſuper rem illam; detinens autem nullum, ſed iniuſtē illam rem poſſidebat. In caſu autem quo ambo deueniunt in extreman necessitatem, detinens iure naturæ non poſſet acquirere ius in illam rem: quia in eodem inſtant iure naturæ creditor dominium illius rei retinet: creditor enim potitur eodem iure naturæ, quo debitor in illo caſu, & inſtant: & ſic quantum ad ius naturæ ſunt æquales. At præter ius naturæ quo ſunt æquales pro illo inſtant, quo cadunt in extreman necessitatē, & quo ſunt æquales, creditor habet prælationem ratione iuris gentium, & dominij prioris quod habebat, & per euentum extreman necessitatis illud non amiſit, ſed acquirit ex iure naturæ, ſicut acquireret detinens, niſi ipſe creditor iam illud præhaberet: ergo nulla ratio ſuaderet, quod creditor ab illo iure ca- dere debeat, & detinens debeat ius naturæ in illam rei acquirere: quia iam de iure naturæ ſunt æquales, & deinde creditor ſuperat debitem ratione prioris do- minij, & proinde non debeat eſſi deterioris conditionis

C c

quam

Tractatus Septimus.

302

quam detinens, sed melioris cum habeat prius iuris
in ea re, & sic sequitur aperte, quod detentio illa in
detinente sit iniusta, & consequenter teneatur ad restituendum domino, qui habet maius ius; verum P. Hurtadus de charit. disp. 5. diff. 12. & de Iust. disp. 9. diff. 2.
circa praesentem difficultatem aliter Philosophatur, &
ait, quod quando debitor & creditor in eodem tem-
pore occursum in extrema necessitate si res debita sit
sub dominio debitoris non teneatur eam restituere,
quamvis creditor prius inciderit in extremam nec-
cessitatem: si vero e contra res debita sit sub dominio
creditoris, quod teneatur eam creditori restituere
quamvis debitor prius inciderit in eam necessitatem,
nisi quando debitor seclusus ea necessitate nondum
debet restituere, ut quando habet rem locatam pro
tempore in qua contingit, & perseverat ea necessi-
tas, & in qua quando est sub dominio debitoris, durum
in ipsis in extrema necessitate constitutum se spoliare
re sua, quamvis debita creditori existenti in simili
necessitate, & non sit durum quando res debita
est sub dominio ipsius creditoris, nisi quando
nondum debet restituere creditori, vi in exemplo
locationis adducto. Vide etiam Valsquez opus. de Elec-
mosyna cap. 1. dub. 9.

2. Sed ego absoluere assero, non teneri debitorem
ad extrema necessitatem redactum in praedicto ca-
su, quo creditor simul extremè eger, eam rem domi-
no restituere sive prius, sive posterius inciderit in
eam necessitatem, sive res eadem numero iuste sive
iniuste acquisita sit, & sive extet sive non extet. Hanc
videtur tenere D. Thom. 2. 2. qnaest. 62. art. 5. ad 4. eam
expresse tenentia. Valentia tom. 3. disp. 5. qnaest. 6. punct. 7.
Leffius 1. 2. cap. 16. dub. 1. numero 11. Malderus tract. 4.
cap. 7. dub. 1. §. dico primo, Sotus lib. 4. de Iust. qnaest. 6.
§. in hac difficultate, Toletus in sum. lib. 5. cap. 24. mu-
nero 8. & lib. 8. cap. 39. numero 3. Sayrus lib. 10. tract. 5.
cap. 6. num. 6. & alij qui generaliter loquuntur, sive
res sit vsu consumptibilis sive non sit, sive ex contra-
etu sive ex delicto factus quis fuerit debitor. Fundamen-
tum est, quia in extrema necessitate cessat ius
gentium, ex quo orta fuit diuisio rerum, & diuer-
sitas dominiorum, & redduntur res pro eo statu nec-
cessitatis extrema ad priorem statum communis, &
naturalem, in quo omnia erant communia, & sunt
primo occupantis, saltem quoad usum, vt alibi dixi-
mus? fuerunt enim à principio res diuisae sub ea con-
ditione, vt pro statu extremae egentia ad priorem statu-
rum redirent. Sed debitor praoccupauit ratione pos-
sessionis quam haberet, & in æquali necessitate melior
est conditio possidentis; Ergo non tenetur pro nunc
restituere, nec prior dominus censetur rationabiliter
in iusto, quia sua voluntate non potest licet repug-
nare pacto redibilitatis, quo principio res, saltem
quoad usum attinet, diuisae fuerunt, vt diximus. Et
quamvis illa possessio ante tempus necessitatis fuerit
iniusta, tamen ubi primum coniuncta est cum nec-
cessitate extrema, statim propter praedictum redibilitatis
pactum fuit iusta. Vide etiam præter. D. D. citatos
Caiet in 2. 2. q. 61. art. 5. ad 4.

3. Quid vero dicendum erit, si extrema nec-
cessitas non sit, & preferendum est in hoc casu credito-
rem, eam tenuerit Leedesma par. 4. q. 18. art. 5. Azorius
tom. 2. lib. 12. cap. 8. q. 6. Tabiena ver. restitut. q. 4. Toletus
in sum. lib. 5. cap. 24. n. 8. in fine, Quamvis lib. 8. c. 27.
n. 4. hanc sententiam iudicet dūtaxat probabilem, &
contraria sequatur ut probabilem. Fundamentū
illorum est, quia in eo casu omnia sunt communia i.e.
§. cum in eadem ff. ad l. Rhodian de iusta, & tales con-
sanguinei aut amici non possident, & in hoc sunt
æquales creditori, sed creditor habet maius ius in rem
illam, quia habet ius proprietatis & dominii, seu de-
biti ex iustitia: ergo præualet, & preferendum est con-

sanguineis, amicis, & propinquis; & præsumendum
est patrem, vel matrem, vel alios consanguineos, pro-
pinquos, & amicos hanc teneat Malderus tract. 4. c. 7.
dub. 1. §. dico primo, Valsquez Opus. de Eleemosyna cap.
dub. 9. Leffius lib. 2. cap. 16. dub. 1. n. 14. Turrianus 2. 1.
d. sp. 82. dub. 9. in fine, Sayrus lib. 10. tr. 5. cap. 6. num. 9.
& 10. Salom. 2. 2. qnaest. 62. art. 5. contr. 2.
dub. 10. concil. 2. Lorca 2. 2. disp. 38. sec. 3. n. 12. & alijs.
Fundamentum est, quia supposito quod in extrema in-
digentia omnia sint communia, res illa que exat
apud debitorem æqualis & communis est omnibus
egentibus consanguineisque debitoris & ipsi credito-
ri, sed posita hac æqualitate, debitor tenetur ex pie-
tate præferre consanguineos suos, & amicos, &c.
Minor probatur: quia debitor existens in propria ne-
cessitate potest se præferre creditori, vt probamus,
sed consanguinei in primo gradu, ad eum sunt coniuncti
ipsi debitori, vt reputetur quasi eadem persona, &
dem necessitas, ergo præferendi sunt.

4. At his non obstantibus ego puto præferendum
esse, quia tales consanguinei ratione æqualis nec-
cessitatis poterant sibi usurpare pro tunc rem illam ex-
istentem in manu debitoris, quando nondum erat in
manu creditoris, ergo debitor licet, & iuste potest
illis rem tradere, quia quando aliquis non habet cum
quo subueniat alteri extremae egentis, nisi rem alienam,
potest cum illa subuenire, vt notat Valsquez Opus.
de Eleemosyna cap. 2. dub. 1. Tandem quia debitum pietatis
est maximè naturale, debitor autem iustitia sup-
posita communitate rerum suspenditur pro tunc, vt
supra diximus. Amicus vero probatus, censetur (ut
communiter dici solet) alter ego, & id eido aliquando
præferri potest ipsi consanguineis, vt notat Sayrus
allegatus n. 10. & Suan. de charitate disp. 9. scilicet 4. n. 14.
& 15. iuxta illud Ecclæstastic. 6. Amico fidelis nihil est
comparabile. Imò Azor. & Valsq. vbi sup. putant, quod in
tali casu non solum possit debitor licet, sed etiā teneat
in ea circumstantia necessitatis extremae succurre-
re potius patris, consanguineis, & amicis, quam credito-
ri: quia ius creditoris, quamvis sit iustitia, pro tunc
suspenditur (vt diximus) ac proinde tunc, & in ea
circumstantia, supposita communitate, præceptum li-
stitutæ, & restitutio non obligat, sed præceptum pietatis:
& licet præceptum & debitum iustitia dicatur
stet illius quam debitor pietatis, id quidem est sup-
positis terminis habilitas, id est, quando data oppor-
tunitate obligat, non vero quod simpliciter, & abolu-
te sit maius & fortius, quam debitor pietatis, hoc
enim est absolutius & antiquius, & maximè intrinsecum,
ac proinde dicitur naturale, debitor vero in-
stitia dicitur morale, nec illæ res in eo casu extrema
necessitatis censentur alienæ, cum sint saltem quod
usum, vt diximus, communes.

5. Advertendum est etiam hic, asserere committit
D. D. ob grauem necessitatem debitoris posse dicti
restitutio, quandiu necessitas durat, Ita Petrus docto-
Nanarr. 1. 4. c. 4. Leffius c. 16. dub. 1. & Bonacina disp.
q. v. 1. punct. 1. Sed hoc Galpar Hurtadus de iust. disp. 9.
diff. 2. admittit quando res debita non est necessaria
creditori ad vitam, nec ad statum, nec ad vitandum
grauem aliquid incommodum, quia tunc dilatio non est
contra voluntatem rationabiliter creditoris, quia tunc
creditor ex misericordia tenuerit subuenire illi nec-
cessitati; non vero credimus verum, quando res debita
est aliquo modo ex tribus dictis necessaria creditori,
quia tunc dilatio est contra rationabilem voluntatem
creditoris, quia tunc non tenetur ex misericordia
subuenire illi necessitati, adhuc dilatione, quamvis res
debita sit sub dominio debitoris.

RESOL.